

CASPARVS VOPELIVS MATHEMATICVS.



Casparus Meydebachius apud Belgas natus  
est anno à Christo nato millesimo quingente  
simo undecimo. Is ob præclaram in dolem à pueris  
libris incubuit, atque in ijs feliciter progressus fuit.  
Inde literarum amore Mathematicis disciplinis o-  
peram dedit, atq; magnam earum notitiam acqui-  
siuit. Postea Coloniam peruenit, & in eo literarum  
gymnasio Mathemata magna laude docuit. Vt e-  
tiam sua eruditione omnibus prodesset, Rheni tra-  
ctum deliniauit, & totā Europam sua arte illustra-  
uit. deinde etiam Vniuersales mundi tabulas corri-  
gere, atq; de nouo edere cogitarat, & aliquousq; in  
ijs perrexerat. Sed cum hoc modo literis promo-  
uendis operam daret, anno millesimo quingentesimo sexagesimoprimo, eta-  
tis uero suæ 50 immatura morte obiit, atq; apud suos honorifice sepultus  
fuit, magna literarum iactura. Anon,